B. N. C.
FIRENZE
1023
17

XXVII
SPADA
1830

1023. 17

De

Reuerendiſsimi P. Magiſtri F.

IO. BAPTISTÆ DE MARINIS

ad totius Ord. Præd. Præfecturam Generalem aſſumptione,

In Comitijs Generalibus Romæ ce-
lebratis Anno Iubilæi 1650.

IDYLLIVM EX VIRGILIO,

F. Io. Baptiſta Spadio à Florentiola,
in iiſdem Comitijs Magiſtro De-
finitore vtriuſq; Lombardiæ,
Auctore.

Ad Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. D.

ALOYSIVM CAPPONIVM

S. R. E. CARDINALEM,

Prædicti Ord. Comprotectorem.

1879

Romæ, apud Franciſcum Caballum. 1650.

SVPERIORVM PERMISSV.

1023. 17

Ae.10 EGREGIVM hunc, Arethuſa, mihi concede laborem, Ec.10

Ae. 3 (Quamuis increpitent Socij, & crudelis ab alto Ae. 4

Ae. 1 Aſpera biulca ſiti findat Canis aſtifer arua) Ge. 2

Ge. 1 Nam me Parnaſſi deſerta per ardua dulcis Ge. 3

Diebus canicularibus hæc ſcripſit Auctor Romæ apud S. Sabinam in Colle Auẽtino.

Ge. 3 Raptat amor, vocat ingenti clamore Citharon: Ge. 3

Ae.11 Hic amor, hoc ſtudium, ſedeo dum in vertice celſo Ae. 3

Ae. 7 Collis Auentini, Tiberini ad fluminis vndam, Ae.10

Ae. 5 Ex quo relliquias, diuinaque oſſa SABINAE Ae. 8

Ae. 3 Supplicibus ſupero donis ſub rupe cauata; Ae. 3

Ae. 1 Inſignem pietate VIRVM (clarumque paterna Ae.12

Ae. 1 Virtute, atquè Virum nil magnæ laudis egentem, Ae. 5

Ae.11 Haud Ligurum extremum, non inferiora ſecutum Ae. 7

R.mo Bapt. de Marinis origine Ligurem.

Ae. 1 Fortia facta patrum, Phœbeæ lampadis inſtar, Ae. 3

Ae.12 Cui genus à proauis ingens, clarumque MARINIS, Ec. 6

Ae. 9 Primum delectum Procerem, primumque Parentem Ae. 3

Ae. 5 Ordinis, (inſignis fama, & felicibus armis, Ae.10

Ae. 7 Illorum de gente Patrum, quos maxima rerum Ae. 7

Ae. 7 Roma colit, templumque apparet in arce Mineruæ) Ae. 3

Ord. Præd. cuius templũ Romæ vocatur S. Maria ſuper Mineruam.

Ge. 1 Hinc canere incipiam cithara, fidibusque canoris Ae. 6

Ae.12 Fatidicæ Mantus, (dulces ante omnia Muſæ Ge. 2

Ae. 8 Vatis fatidica) non omnia poſſumus omnes, Ec. 8

Virgilij Mãtuani.

Ec. 4 Tuque adeò decus hoc aut, de gente vetuſta Ae. 9

Ge. 4 Magnanimûm Heroum, Tyrrhena ab ſede profectum, Ae 7

Ge. 2 Eſt cui picta croco, & fulgenti murice veſtis, Ae. 9

Emin. Car. Capponiũ alloquitur auctor.

Ec. 7 Huc ades: hos tibi dant calamos (en accipe) Muſæ Ec. 6

Ae. 2 ANDAEO quos ante ſeni, quibus ille ſolebat Ec. 6

Ec. 5 Intonſis rigidas deducere montibus ornos, Ec. 6

Ec. 5 (Cum caneret, patulæ recubans ſub tegmine fagi, Ec. 1

Ge. 4 Carmina paſtorum; ac viridi proiectus in antro Ec. 1

Ge. 1 Quid faciat lætas ſegetes, quo ſidere terra Ge. 2

Ge. 1 Eſt vertenda manu; atque vlmis adiungere vites Ge. 1

Epilogus operum Virgilij, ex vico Andes prope Mantuam.

Ge. 4 *Expediat; quæ cura boum, quis cultus habendo* Ge. 1
Ge. 1 *Sit pecori, atque apibus, quo mella tenacia fingant:* Ge. 4
Ae. 11 *Altior inſurgens certamina Martis anheli* Ae. 12
Ec. 3 *Cantando, ac actos animis in funera reges)* Ae. 7
Ec. 2 *Huc ades, inceptumque vnà decurre laborem,* Ae. 2
Ge. 3 *Te ſine nil altum mens incohat: annue cœptis.* Ge. 1
Rellígio D. Dominici. Ae. 3 *RELLIGIO referens animo, manibusque Parentem,* Ae. 12
Ae. 11 *Quem primi colimus, cui aperitur vertice ſidus,* Ae. 8
Ec. 3 *Qui DOMINI faCIemque tenet per ſæcula nomen,* Ae. 6
Ae. 7 *Semine ab ætherio, ferrugine clarus Ibera* Ae. 9
Ae. 1 *Regali, (ſi prima domus repetatur origo)* Ae. 7
Generali. Ae. 12 *Stabat acerba fremens, quoniam ſpoliata Magiſtro* Ae. 5
Ae. 1 *Errabat vento, vaſtis & fluctibus acta.* Ae. 9
Reuerẽdiſſ. P. Thomas Turcus Cremonenſis. Ae. 8 *Hanc multos florentem annos ex vrbe CREMONAE* Ec. 9
Ae. 2 *Ipſe Pater, nulli veterum virtute ſecundus,* Ae. 11
Ae. 10 *Cui nomen, mortesque dedit fortiſſimus Heros* Ae. 6
D. Thómas Aquinas diuinæ volũtatis interpres. Ae. 4 *(INTERPRES diuus Diuinæ Mentis, & hauſtus* Ge. 4
Ge. 4 *Aetherios, ſummo qui hauſit de gurgite lymphas)* Ae. 9
Ae. 5 *Muneribus cumulans magnis, in pace regebat,* Ae. 8
Ae. 1 *Iura dabat, legesque viris, ritusque ſacrorum,* Ae. 12
Ae. 7 *Mulcebatque iras inſtans ſub tempus & omnes,* Ge. 3
Ae. 1 *Partibus æquabat iuſtis operumque labores,* Ae. 1
Ae. 11 *Largus opum, & lingua melior, iuſtiſsimus vnus,* Ae. 2
Ge. 3 *Semper conſilijs habitus non futilis auctor.* Ae. 11
Ae. 2 *Et iam tempus erat, breue, & irreparabile tempus,* Ae. 10
Ae. 3 *Cum Pater ipſe ſua molitus laude laborem,* Ae. 4
Ae. 2 *Subſtitit, atquè dati metas peruenit ad æui.* Ae. 10
Ae. 2 *(Tempus erat, quo triſtis hyems & frigore ſaxa* Ge. 4
Ge. 3 *Rumpebat glacie, & curſus frenabat aquarum)* Ge. 4
Ae. 7 *Aduenisse diem, ſuperùm quo ad lumen iturus,* Ae. 6
Ae. 3 *Agnouit lætus, finemque imponere curis.* Ae. 4
Ae. 8 *Stabat pro templo, diuùm numerabat amores,* Ge. 4
Graui morbo corripitur Generalis Turcus. Ae. 3 *Optabatque locum regno omnipotentis Olympi:* Ae. 10
Ge. 2 *Cum gelidus toto manauit corpore ſudor,* Ae. 3
Ae. 9 *Actutum atque artus depaſcitur arida febris;* Ge. 3

Ip-

Ae.11 Ipſum ſuſcipiunt famuli, collapſaque membra Ae. 4
Ae.12 Conſueto referunt thalamo, ſtratiſque reponunt. Ae. 4
Ae.10 Aduenit antè alios Phœbo dilectus Iapis, Ae.12
Ae. 7 Ipſe manu medica, Phœbique potentibus herbis Ae.12
Ae. 6 Sæpius occurrens, cepit crudeſcere morbus: Ge. 3
Ae.10 Nil validæ iuuere manus, vſusque medendi; Ae.12
Ae. 9 Nec iam ſufficiunt artes; ceſſere Magiſtri. Ae.12

Me[...]cus [...]ud Virgi[...]um.

Ae. 7 At Prior ingreſſus Corpus mirabile Nati Ec. 5
Ae.11 More tulit Patris, torquet qui ſidera Mundi: Ae. 9
Ae. 6 Ille autem, quanquam in media iam morte tenetur, Ae. 2
Ae. 7 Exiguam Cererem, gemitus de pectore ducens, Ae. 2
Ae.12 Suppliciter venerans, demiſſo hæc lumine fundit: Ae. 3
Ge. 2 Aeternùm generate, Dei certiſsima Proles Ae. 6

Præfectus Conuentus Sac. Eucharistiæ Sacramentũ General. Turco defert.

Ae. 1 NATE Patris ſummi, qui tot labentibus annis Ae. 1
Ae. 1 Vnius ob noxam, genus à quo principe noſtrum, Ae. 1
Ae. 5 De Cælo generis lapſi ſarcire ruinas Ge. 4
Ae. 6 Veniſti, tandem & laniatus corpore toto, Ae. 6
Ae. 5 Vnus pro multis indigna morte peremptus: Ae. 6
Ae. 6 Funeris heu tibi cauſa fui, ingratusque ſalutis, Ae.10
Ae.10 Morte tua viuens, potui ſuccumbere culpa, Ae. 4
Ae. 5 Multiplici atque tuum maculaui crimine nomen: Ae.10
Ae. 4 Extremam hanc oro veniam, miſerere rogantis. Ae. 2
Ae. 8 Auxilium, aduentumque, Dei pulcherrima Proles. Ae. 6
Ae. 2 Venit ſumma dies, & ineluctabilis hora: Ec. 3

Generalis Turci oratio ad Dei Filium, ſub hoſtiæ ſpeciebus latentem.

Ae. 6 Hortator ſcelerum Coluber mala gramina paſtus Ae. 2
Ec. 1 Fronde ſuper viridi miratam mala puellam Ec. 6
Ae. 6 EVAM, conuoluens ſublato pectore terga, Ge. 3
Ae. 1 Luſis imaginibus, comitemque, virumque feſellit; Ae. 2
Ae. 9 Fallaci æternum hic ſeruans ſub pectore vulnus, Ae. 1
Ae. 3 Peſtis, & ira Dei, Stygijs ſeſe extulit oris, Ae. 1
Ae.11 Nec ceſſat ſenſus turbare, animumque labantem: Ae. 4
Ae.10 Te precor hanc animam ſerues, tu ſumma poteſtas Ae.10
Ae. 6 Da dextram miſero, & tecum me tolle per auras. Ae. 6

Diabolus qui ſub ſpecie colubri Euam decepit.

Ae.10 Hæc vbi defleuit, Corpus mirabile ſacrum Ae.12
Ae. 1 Suſcepit, ſubitaque animum dulcedine mouit: Ae.11

Christi corpore reficitur Gen Turcus.

Mor-

Fratres flētes ſolatur Generalis Turcus hortaturque, vt canant antiphonam; Salue Regina.

Antiphona Salue Regina à Fratribus cū lacrymis decantata.

Ge· 4	*Morbus at exuperat magis, agreſcitque medendo:*	Ae. 12
Ae· 11	*Flent mœſti, muſſantque Patres, pauperque Senatus:*	Ae. 8
Ge· 1	*Ipſe Pater dictis mœrentia pectora mulcet,*	Ae. 1
Ec· 2	*Atque ſuper tales effundit pectore voces:*	Ae. 5
Ae· 11	*Tandem poſt varios hominumque, vrbisque labores*	Ae. 2
Ae· 2	*Defeſſum aſpicite, hac longarum meta viarum;*	Ae. 3
Ae· 10	*Stat ſua cuique dies, ad Cœlum hinc ire putandum eſt,*	Ae. 6
Ae· 2	*Illic res lætæ, regnumque, & regia noſtra:*	Ec. 2
Ae· 6	*Vnum oro, quando Rex ætheris altus honorem*	Ae. 12
Ge· 2	*Ingentem Cœlo dedit, & cœleſtia dona*	Ge. 4
Ae· 6	*Magna Regina, Cœli cui ſidera parent,*	Ae. 10
Ge· 2	*Hanc obteſtemur, veniamque oremus ab ipſa,*	Ae. 11
Ae· 9	*Inquè ſalutatam, ne extrema quæ loquor hora,*	Ec. 8
Ae· 3	*Linquamus; cui tanta Deo permiſſa poteſtas,*	Ae. 9
Ec· 8	*Vt nobis requiem pugnæ, rebusque ſalutem*	Ae. 12
Ae· 9	*Concedat. Dixit, preſſoque obmutuit ore.*	Ae. 7
Ae· 12	*Talibus incenſi dictis cantare periti*	Ec. 9
Ae· 8	*Vnà omnes iuuenum primi, viridisque ſenectus*	Ae. 6
Ae· 7	*Intentos voluens oculos ſic intonat ore:*	Ae. 6
Ae· 5	*SALVE ſancta Parens, iterum Salue, optima mater*	Ae. 10
Ae· 3	*Cœlicolùm Regis, ſemper MISERATA labores*	Ae. 6
Ae· 8	*Extremos hominum, patriæ pietatis imago,*	Ae. 10
Ae· 2	*Afflictæ magnæ MATER REGINA cateruæ,*	Ae. 11
Ae· 5	*DVLCIS, & alta quies, & neſcia fallere VITA,*	Ge. 2
Ae· 2	*Omnis tu humanis SPES, & ſolatia rebus:*	Ae. 10
Ae· 1	*Finibus EXPVLSI patrijs ab origine Mundi*	Ge. 2
Ae· 2	*FOEMINEA pœna ſonitu, & CLAMORE ſecundo*	Ae. 10
Ae· 1	*Ad te confugimus miſerantem incommoda noſtra*	Ae. 8
Ae· 10	*FLENTES, & vultum lacrymis, atque ora rigantes*	Ae. 9
Ae· 4	*Lamentis, GEMITV, plenis in VALLIBVS omnes.*	Ge. 2
Ae· 4	*EIA, age rumpe moras, non caſſa in vota VOCATA,*	Ae. 12
Ae· 6	*Huc geminas nunc flecte ACIES, Dominumquè potentem*	Ae. 6
Ae· 1	*Aeterni imperij Regem, quem pectus honeſtum,*	Ae. 12
Ae· 2	*Virgo, tuum partu ſub luminis edidit auras,*	Ae. 7
Ge· 4	*Poſt varios caſus; & tot diſcrimina rerum,*	Ae. 1

EXI·

Ae.10 *EXILIVM infelix, & duros mille labores,* Ae. 8
Ae. 1 *OSTENDE huuc terris, &, ſi pietate meremur,* Ae. 2
Ae. 8 *Adſis ò tandem, & propius res aſpice noſtras,* Ae. 1
Ae. 4 *CLEMENS ò, votis iam nunc aſſueſce vocari,* Ge. 1
Ae. 3 *O felix vna antè alias PIETATIS imago;* Ae. 9
Ae. 2 *O DVLCIS noſtrumque leua quemcumque laborem,* Ae. 1
Ae. 9 *Tu Dea, tu præſens dubÿs nè deſice rebus* Ae. 6
Ae. 1 *(Semper honos, nomenque tuum, LAVDESque canentur)* Ae. 6
Ae.10 *Dum furit, incautis & vis INIMICA propinquat;* Ae.12
Ae. 6 *Eripe nos, inuicta, malis; mortalibus ægris* Ge. 1
Ae.11 *Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus. Amen.* Ae. 3
Ae. 6 *Hac fratres; guttisquè humectant grandibus ora.* Ae.12
Ec. 8 *Alter ab vndecimo iam ceperat ordine Menſis,* Ge. 4
Ae. 2 *Ducebatquè diem, qua pulcro pectore Virgo* Ae. 3 Diem ſecũdam Decẽbris, in qua S. Bibiana Virgo martyrio fuit coronata.
Ae.12 *Hoſtibus inſultans, ſacro tepefacta cruore,* Ae. 9
Ae. 7 *Aeternam moriens meruit pro laude Coronam.* Ae. 5
Ec. 6 *At magno tenebris nigreſcunt omnia circum* Ae.11
Ec. 5 *Paſtori, reſonant latè plangoribus ædes:* Ae.12
Ec. 8 *Dumquè illi extemplò ſoluuntur frigore membra,* Ae. 1 Generali Turco, qui extrema vnctione munitur.
Ae.10 *Membra, manusque ambas fuſo crateris Oliuo* Ae. 6
Ge. 3 *More patrum niueum corpus frigentis & vngunt;* Ae. 6
Ae.10 *Voce animamque illi, rerum cui ſumma poteſtas,* Ae.10
Ae. 2 *Commendant, placida qui ibi demum morte quieuit.* Ae. 9 Romam.
Ae.12 *Ecce autem totam vulgatur fama per Vrbem;* Ae.12
Ae. 7 *Roma fremit, reſonat magnis plangoribus æther.* Ae. 4
Ae. 1 *Fit ſtrepitus tectis, crepitantiaque æra ſecuti* Ge. 4
Ae. 7 *Deſeruere domos omnes populusque, patresque,* Ae. 9
Ae. 8 *Inde alÿ proceres, vt triſtia funera ducant,* Ge. 4
Ae. 9 *Conueniunt, & ſupremum comitentur honorem.* Ae.10
Ae. 8 *Relligione ſacri dextra], leuaquè frequentes* Ae. 6
Ae.11 *Funereas rapuere faces, flammasque ferentes,* Ae. 8 Iuſta funebria.
Ae. 2 *Sacra canunt: pars ingenti ſubiére pheretro,* Ae. 6
Ae. 5 *Agmine partito fulgent; proceresque Parentem* Ae. 3
Ge. 4 *Exportant tectis, media teſtudine templi* Ae. 1
Ae. 6 *Conſtituunt; longa, & fulgenti in veſte ſacerdos* Ae. 6

Exorat

1

Ae. 3 *Exorat pacem, & flamma crepitante cremauit* Ae. 7
Ae. 6 *Thurea dona Viro, dixitque nouiſſima verba,* Ae. 6
Ae. 6 *Luſtrauitque Virum, & pura circùmtulit vnda,* Ae. 6
Ae. 6 *Spargens rore leui; gemituquè hæc addidit alto:* Ae. 11
Ae. 3 *Vade, ait, ò felix nota pietate Magiſter,* Ae. 1
Ae. 11 *Aeternùmquè vale, & tua molliter oſſa quieſcant.* Ec. 10
Ae. 11 *Et iam fama volans tanti prænuncia lethi* Ge. 4
Ae. 9 *Fertilis Auſoniæ extremas penetrauit ad vrbes,* Ae. 9
Ge. 4 *Et tandem velox èſt magnum ſparſa per Orbem:* Ae. 1
Ae. 7 *Tum fratres gemitus imo de pectore ducunt,* Ae. 1
Ae. 6 *Quemque pium, dignum, caſtum, dum vita manebat,* Ae. 6
Ge. 9 *Agnouere Ducem, nunc caſſum lumine lugent.* Ae. 2

Generalis.

Ae. 1 *Caſu deinde Viri grauiter commotus, & alto* Ae. 1

Innocẽtius X. Pontif. Opt. Max.

Ae. 4 *Mœrentum fratrum luctu, Rex ipſe Latinus,* Ae. 12
Ae. 5 *(Maximus ille Pater, magnam Mauortis ad Vrbem,* Ae. 6

Innocentij Card. de Bufalo.

Ae. 5 *Nomen Aui referens clarum, cui inſigne paternum* Ae. 7
Ae. 2 *Candida Auis colubris longis inuiſa Columba,* Ae. 5

Inſigne Innoc. Pontificis.

Ae. 2 *Signans pacifera ramum prætendit Oliuæ;* Ae. 8
Ae. 7 *Cui triplex crines altè de more vetuſto* Ae. 11
Ec. 12 *Circumdat baccata auro, gemmiſque Corona)* Ae. 1
Ae. 11 *Ipſe Pater, nè armis ſpoliata, excuſſa Magiſtro* Ae. 6

Sũmus Põtifex Reuerẽdiſſ. Nicolaũ Rodulfiũ Præſidẽ inſtituit ad Ordinis regimen defuncto Generali Turco.

Ae. 3 *Primo deficeret Nauis ſurgentibus vndis,* Ae. 6
Ae. 1 *Illi Rectorem, & rerum dedit eſſe Magiſtrum* Ae. 9
Ge. 1 *Tum pietate VIRVMque grauem, meritiſque refertum,* Ge. 2
Ae. 5 *Quem genuit, multaque inſignem reddidit arte* Ae. 7
Ae. 10 *Vrbs Etruſca ſolò pulcherrima, regia amata,* Ae. 9
Ae. 11 *Tyrrheniquè Ducis, varijs Florentia ſertis:* Ae. 4
Ae. 12 *Nomine eum referentem, animo, manibuſque ſacratum,* Ae. 7

D. Nicolaus Miræ Epiſcopus.

Ae. 3 *Paſtorem (ſortem qui animo miſeratus iniquam,* Ae. 6
Ae. 1 *Pauperis, & rebus veniens non aſper egenis,* Ae. 8
Ae. 1 *Ipſius ante oculos argenti pondus, & auri* Ae. 1
Ae. 9 *Nocte ſuper media, pro virginitate repouit)* Ae. 12

Sũmo Põtifici.

Ae. 4 *Ergo hic iuſſa parat, Regi parère Latino* Ae. 8

Reu. Rodulfij in regimine cura.

Ge. 3 *Incipiens (nequè enim membris dat cura quietem,);* Ae. 10
Ae. 5 *Ipſe gubernaclo Rector ſubit, ipſe Carinam,* Ae. 7

Ae. 1	(*Vnà Eurusquè, Notusquè ruant, ceu agmine facto,*	Ge. 4
Ae. 1	*Africus, & Boreas, nunc hinc, nunc flatibus illinc*	Ae. 4
Ae. 6	*Contendant fluctu, vaſtoque immergere ponto)*	Ae. 3
Ae. 8	*Incolumem ſeruat circum latrantibus vndis.*	Ae. 7
Ae. 4	*Luce ſedet cuſtos, iuuat iudulgere labori,*	Ae. 7
Ae. 4	*Multa Viri virtus multo compellat honore*	Ae. 3
Ae. 6	*Sublimes animos, & magna in præmia ducit,*	Ae. 12
Ae. 2	*Inſtat & antiqua ſub relligione tueri*	Ae. 2
Ge. 4	*Matres, atquè viros: noctemquè, diemquè fatigans*	Ae. 8
Ae. 5	*Inuitat pretijs animos ad ſidera Cæli;*	Ge. 4
Ae. 11	*Sollicitat, ſuadetquè virtutem extendere factis;*	Ae. 6
Ae. 6	*Cælorum immemores, turpique cupidine captos,*	Ae. 4
Ae. 5	*Oblitos decoriſquè ſui, cæleſtibus auris*	Ae. 1
Ae. 6	*Caſtigans, auditquè dolos, patriaquè remittit,*	Ae. 11
Ae. 10	*Cælicolùm reſerat ſedes, & regna recludit,*	Ae. 8
Ge. 3	*Ac docet humanis quæ ſit fiducia rebus;*	Ae. 10
Ae. 1	*Omnibus exhauſtos iam caſibus omnium egentes*	Ae. 7
Ae. 5	*Adiuuat, & feſſos opibus ſolatur amicis;*	Ae. 5
Ec. 9	*Scit medicas adhibere manus ad vulnera Paſtor:*	Ge. 3
Ge. 3	*Tollitur & vitium, atquè exudat inutilis humor,*	Ge. 1
Ge. 4	*Nequicquam magnos metuunt armenta leones,*	Ec. 4
Ec. 5	*Nec lupus inſidijs pecori, nihil improbus anſer,*	Ge. 1
Ge. 1	*Strymoniæque grues, & amaris herba venenis,*	Ec. 4
Ge. 1	*Officiunt, aut vmbra nocet: Pater ipſe colendus*	Ge. 2
Ec. 4	*Ipſe malum virus ſerpentibus addidit atris;*	Ge. 1
Ge. 1	*Si infelix lolium, & ſteriles dominantur auenæ,*	Ec. 5
Ge. 3	*Lappæquè, tribuliquè adſunt, vbi pinguia culta,*	Ae. 10
Ae. 11	*Finitimis tolluntur agris; Iouis omnia plena.*	Ec. 3
Ae. 4	*At quid ego hæc autem nequicquam ingrata reuoluo?*	Ae. 2
Ae. 11	*Antè oculos, interque manus ſunt omnia noſtras,*	Ec. 8
Ae. 10	*Facta Viri elucent, alto & fulgore coruſcant.*	Ge. 4
Ec. 3	*Verùm dum ipſe ſua moliri laude laborem*	Ae. 4
Ae. 6	*Noctes, atque dies, rebus ſuccurrere feſſis,*	Ae. 11
Ae. 12	*Inquè vicem Turci duros perferre labores,*	Ae. 6
Ae. 6	*Proſequitur, letho canentia lumina ſoluit*	Ae. 10

Ge. 2 *Ipſe manus inter, mæſtorumque ora parentum.* Ae. 2

Reuerẽdiſs. Rodulph moritur.

Ec. 1 *Fortunate ſenex, tu nunc eris alter ab illo,* Ec. 5
Ae. 12 *Qui quondam (ſine mente, reor, ſine numine diuûm)* Ae. 5
Ge. 4 *Haudquaquam ob meritum, ventos perpeſſus, & imbres.* Ae. 9
Ec. 1 *Fortunate ſenex, te alto ſuccedere Cælo,* Ge. 3
Ge. 2 *Et ſuper ætherias errare licentiùs auras,* Ae. 7
Ae. 4 *Credo equidem, nec vana fides, Regnator Olympi* Ae. 10
Ae. 11 *Obſeruans oculis, referens opera, atque labores,* Ae. 11
Ge. 2 *Te Pater ipſe ſuo ſuperùm iam ſignat honore.* Ae. 6

Cap. Gen. Romæ ab Ord Præd. indictum.

Ge. 1 *Ordo at Concilium magnum, primoſque ſuorum* Ae. 11
Ae. 11 *Imperio accierat in templo, adytiſque Mineruæ.* Ae. 2
Ec. 8 *Paſtor at, amiſſo fluitantem errare Magiſtro,* Ae. 5
Ae. 1 *Romanus rerum dominus, populique Latini,* Ae. 7
Ae. 5 *Senſit & ipſe Ratem. Romana palatia ſeruans* Ge. 1

Sum. Pont. Reuerẽdiſſ. Candidum Sac Palatij Mag. inco-tius Ord. Vic. declarat. Patres qui Gen. eligere debebãt

Ec. 5 *Candidus, ipſe Ratem nocturnis rexit in vndis;* Ae. 5
Ge. 4 *Inque vicem illorum, qui animam ſub faſce dedere,* Ge. 4
Ge. 1 *Peruigilans ſpeculatur aquas, & nubila Cæli.* Ge. 4
Ae. 12 *Ecce autem ſubitò concurſu accedere magno* Ae. 1
Ae. 10 *Tot lecti proceres, quibus eſt oblata facultas* Ge. 4
Ae. 5 *Rectorem Nauis voce, atque ex more vocare;* Ae. 5
Ae. 7 *Vndique collecti coeunt, vbi Lydius arua* Ae. 2
Ae. 2 *Inter opima virùm leni agmine Tibris, & alto* Ge. 4
Ge. 3 *Labitur (amiſit verum vetus Albula nomen)* Ae. 8
Ae. 12 *Concurrunt Itali; toto Germania Cælo;* Ge. 1
Ge. 2 *Atque Indi, Gallos qui in limine adeſſe canebant;* Ae. 8

Ruſci ab Hæreticis peſſime vexati.

Ae. 1 *Per varios caſus, per tot diſcrimina Ruſci* Ge. 2
Ae. 9 *Conueniunt, crudis & tempeſtatibus acti;* Ae. 7
Ae. 5 *Aequore quos roſeus feſſos fert Phœbus Ibero;* Ae. 11
Ge. 1 *Romuleoſque recens miratur Græcia campos.* Ae. 8

Poloni, apud quos eſt Corpus S. Hyacinthi

Ae. 6 *Hic fratres viſi, eſt queis ſuaue rubens Hyacinthus,* Ec. 3
Ae. 1 *Poſt alij proceres diuerſis partibus Orbis.* Ae. 12
Ae. 10 *Matura iam luce dies reuoluta ruebat,* Ae. 10

Dies prima Iunij Sancto Proculo Martyri dicata.

Ge. 3 *Quà PROCVLVS multo vitam cum ſanguine fudit.* Ae. 2
Ae. 4 *Principiò delubra adeunt iuueneſque, seneſque;* Ae. 9
Ae. 3 *Sacra Dei Matri, & Diuis celebrantur honores.* Ae. 12

Tan-

Ae. 4	*Tandem hìs exactis, perfecto munere Diuis*	Ae. 6	
Ae. 3	*Auſpicibus ceptorum operum, ad ſua quiſque receſſit.*	Ae. 12	Patrum diſſertatio de Generali eligendo.
Ae. 6	*Ergo omnes magno circum clamore videntur*	Ae. 1	
Ae. 8	*Præcipitare moras, greſſus glomerare ſuperbos,*	Ge. 3	
Ae. 9	*Diſcurrunt, variantque vices, totumque pererrant*	Ae. 4	
Ae. 5	*Arte locum, & varijs aſſultibus omnia verſant;*	Ae. 8	
Ae. 12	*Antiqui muſſantque patres: hìc vndique clamor,*	Ae. 11	
Ae. 12	*Diſcurſu vario, magnus ſe tollit in auras:*	Ae. 11	
Ge. 4	*Tum ſonus auditur, variuſquè per ora cucurrit*	Ae. 11	
Ae. 4	*Paſtor, cui virtus, animuſque in pectore præſens.*	Ae. 5	
Ae. 6	*Quattuor hìc primùm, ſequitur quos cætera pubes,*	Ae. 5	
Ae. 5	*Ductores longè effulgent, ſocioſquè fatigat*	Ae. 4	
Ae. 9	*Quiſque ſuos, ne quemquam adeant, terrentq; trementes*	Ae. 12	
Ge. 4	*Inſtabiles animos, ne quo ſe nomine mutent,*	Ae. 1	
Ae 4	*Quos omnes terrent auræ, ſonus excitat omnis.*	Ae. 2	
Ae. 8	*Parte alia ſubitò erumpunt, clamore frementeſque*	Ae. 11	
Ae. 8	*Ocyus incubuere omnes, pariterque vocatos*	Ae. 1	
Ae. 2	*Accipiunt ſocios plauſu, gaudentque tuentes.*	Ae. 5	
Ae. 8	*Nec procul hinc paribus curis veſtigia figit*	Ae. 6	
Ae. 6	*Parthenopæus, magna iuuenum ſtipante caterua;*	Ae. 1	
Ae. 8	*Sermonum memor, & promiſſi muneris ante,*	Ae. 12	
Ae. 4	*Sollicitat dictis, ſubita ſpe feruidus ardet,*	Ae. 12	
Ae. 12	*Nulla mora, & quæ ſit fortuna facillima tentat.*	Ae. 11	
Ae. 12	*Diſcurrunt alij ad portas, tractimque ſuſurrant:*	Ge. 4	
Ae. 6	*Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque, nec illis*	Ec. 4	
Ae. 3	*Omnibus idem animus; trahit & ſua quemque voluptas:*	Ec. 2	
Ge. 4	*Hi motus animorum, atque hæc certamina fratrum;*	Ge. 3	
Ae. 1	*Tanta molis erat Romana ad templa Mineruæ*	Ae. 6	
Ge. 4	*Dicere Rectoremque vnum, rerumque Magiſtrum.*	Ae. 9	Generalem Ordinis.
Ae. 11	*Hos inter motus Tyrio conſpectus in oſtro*	Ge. 3	
Ae. 10	*(Ipſe CAPut POpulis Tuſco de ſaNguIne cretVS,*	Ae. 2	Card. Capponius Or. Præd Com. protector à Pontifice delegatus pro Gener. electione.
Ae. 6	*Quique ſui memores ingenti protegit vmbra)*	Ge. 2	
Ae. 4	*Tandem progreditur tecti è penetralibus alti,*	Ae. 7	
Ae. 2	*Noſtrorumque patrum is atque inter tuta domorum*	Ae. 11	
Ae. 3	*Aulai in medio nunc hos, nunc accipit illos.*	Ae. 6	

Idē Emin. i enigne Auctorē ex cepit.

Ae. 1 (*Me quoquè florentem ſtudijs ignobilis oci* Ge. 4
Ae. 3 *Excepit ,patrio, dulciquè affatus amore eſt*) *Ae.* 6
Ae. 6 *Itquè, reditquè viam toties, induſtria firmat* Ge. 3
Ae. 4 *Multa Viri virtus. Animo multùmque MARINO* Ge. 2
Ae. 8 *Iàmdudum is toto, & magno tenebatur amore;* *Ae.* 1
Ae. 2 *Commendat ſocijs illum, præque omnibus vnum,* *Ae.* 3
Ae. 5 *Ipſum præcipuum Ductorem vt in Ordine dicant.* Ge. 4

Eminētiſs. Cardinalis S. Clementis de Florentiola, quam Arida torrens alluit.

Ae. 9 *Hunc etiam hunc ipſum vitæ mortalis honorem* Ge. 4
Ae. 9 *Purpureus, fama meritò pars maxima noſtra,* Ge. 2
Ae. 11 *Et prædulce decus, gaudens cognomine Terra,* *Ae.* 6
Ae. 5 *Arida quam rapidus montano flumine torrens* *Ae.* 2
Ge. 3 *Perfundit, ſcatebriſquè arentia temperat arua,* Ge. 1
Ec. 5 *Iampridem nobis laudauerat ore ſoluto.* Ge. 1

Illuſtriſs. Ignatius Ciātes Epiſcopus S. Angeli in Apulia.

Ae. 2 *Laudarat necnon longa hunc cum veſte ſacerdos,* *Ae.* 6
Ae. 2 *Paſtoris magni virtus quem, & gloria tollit,* *Ae.* 11
Ae. 12 *Qui pecori imperitat Gargani in Iapygis agris* *Ae.* 11
Ae. 2 *Sacrato, donis opulento, & numine Diui* *Ae.* 1
Ae. 12 *Agminis Aligeri, torquet qui ſidera Mundi.* *Ae.* 9
Ae. 8 *Iamquè adeò exierat portis comitante caterua;* *Ae.* 2

Card. Capponius. Mag. Aegidius a Bordiſeria Prior Conuentus Mineruæ.

Ae. 7 *Sede ſedens, longè effulgens, oſtroquè decorus;* *Ae.* 5
Ae. 1 *Cum ſubitò aſſurgens (afflatus numine quando eſt)* *Ae.* 6
Ae. 8 *Aegidius fama multis memoratus in oris,* *Ae.* 7
Ae. 12 *Conſpectu in medio procerum hac Prior edidit ore:* *Ae.* 7
Ae. 3 *Audite ò Proceres, lætaſquè aduertite mentes;* *Ae.* 5
Ae. 11 *Rem nulli obſcuram, noſtræ nec vocis egentem,* Ec. 3

Cardinalis Capponius

Ae. 9 *Purpureus criſtis, præmiſſi muneris Heros* *Ae.* 8
Ae. 8 *Nunc nunc conſuluit: cuncti ſe ſcire fatentur* *Ae.* 11
Ge. 4 *Ingentes animos, auguſta & pectora PATRIS* *Ae.* 11
Ge. 4 *Mores, & ſtudia, & diuini ſigna decoris,* *Ae.* 5
Ae. 4 *Egregiam verò laudem, & ſpolia ampla MARINI.* Ec. 6
Ae. 4 *Pro re pauca loquar, nec ego percurrere poſſem* *Ae.* 6
Ae. 4 *Cuncta VIRI, ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.* *Ae.* 1
Ae. 7 *Filius hic primo depulſus ab vbere matris* Ge. 3
Ae. 6 *Oſtendit terris, quæ ſit ſententia menti:* *Ae.* 11
Ae. 6 *Principiò Cælum manet alta mente repoſtum,* *Ae.* 1

VIR

Ae. 1	*VIRGINIS is magnâ primùm prece numen adorat;*	*Ae.* 3	Crucem D. N.
Ae. 3	*Effigies ſacras diuûm; venerabile Lignum,*	*Ae.* 12	
Ae. 12	*Quo vitam dedit æternam Regnator Olympi.*	*Ae.* 2	
Ge. 1	*Grandior vt factus ſignans intonſa iuuenta*	*Ae.* 9	
Ae. 9	*Ora puer prima, laudum perculſus amore,*	*Ae.* 9	
Ae. 9	*Antè annos animumquè gerens, curamque virorum;*	*Ae.* 11	Antè pilos ſapiens.
Ec. 3	*Non torpere graui paſſus ſua regna veterno.*	*Ge.* 1	
Ae. 12	*Nam cum Sole nouo terras irrorat Eous,*	*Ge.* 1	
Ae. 4	*Corripit è ſomno corpus, tenditquè ſupinas*	*Ae.* 3	
Ae. 3	*Ad Cælum cum voce manus: accenſa Coronam*	*Ae.* 7	Roſarium B. V. recitat.
Ae. 4	*Tergeminam manibuſquè pijs, altaria iuxtà,*	*Ae.* 6	
Ae. 12	*Impreſſoquè genu, flammato corde volutat.*	*Ae.* 1	
Ae. 7	*Quinque adeò is arat alta ad delubra deorum*	*Ge.* 4	Quinque altaria viſitat.
Ge. 4	*Inuiſit: primis extemplò in Menſibus anni,*	*Ge.* 1	
Ae. 1	*Erroreſquè ſuos, & crimina noxia cordi,*	*Ae.* 7	Peccata confitetur.
Ae. 6	*Multa gemens, magno labefactus amore fatetur.*	*Ae.* 7	
Ge. 1	*Quippe etiam feſtis arrectis auribus aſtat*	*Ae.* 1	Sacrum piè audit.
Ae. 12	*Ille humilis, ſupplex, cum pura in veſte ſacerdos*	*Ae.* 12	
Ge. 1	*Sacra refert, vetis cumulatque altaria donis.*	*Ae.* 11	
Ae. 12	*Accipit & fletu, & lacrymis mirabile Corpus*	*Ae.* 11	Chriſti D. N. corpore reficitur.
Ec. 9	*(Omnia fert ætas, animuſque, & conſcia virtus)*	*Ae.* 5	
Ge. 1	*Illius, Stellis numeros, qui & nomina fecit.*	*Ge.* 1	Qui numerat multitudinem Stellarum &c.
Ge. 3	*Ergo omni ſtudio virtutem extendere factis*	*Ae.* 6	
Ae. 2	*Dum ſequitur, victorque virùm volitare per ora;*	*Ge.* 3	
Ec. 1	*De cœlo tactus, (non hoc ſinè numine diuûm,)*	*Ae.* 2	
Ae. 4	*Germani, eximiæ laudis, incenſus amore,*	*Ae.* 7	P. Thomæ celeberrimæ laudes.
Cir.	*Irritaquè expertus fallacis pręmia Mundi,*	*Ae.* 9	
Culic.	*Dirigit huc ſenſus ſubter faſtigia tecti*	*Ae.* 8	
Ec. 1	*Pauperis & tuguri, cæleſtem ducere vitam;*	*Ae.* 2	
Ae. 2	*Antiquaſquè domos, & dulcia limina mutans,*	*Ge.* 2	
Ge. 3	*More Patrum niueo veſtiuit tegmine corpus,*	*Cir.*	Dominicanæ religionis veſtes induit.
Ge. 3	*Obſcura atquè pedes veſtis defluxit ad imos.*	*Ae.* 1	
Ge. 3	*Cum nouus hic noſtris ſucceſſit ſedibus hoſpes,*	*Ae.* 4	
Ae. 1	*Virginis os, habitumque gerens, ſolemnia vota*	*Ec.* 5	
Ae. 7	*Relligione, ſacra & matris pręcepta faceſſit:*	*Ge.* 4	

Quæ fuerit viuendi ratio, Religionis ſuſcepto habitu. *Ae. 12 Imo in corde pudor, meni eſt ſibi conſcia recti: Ae. 1*
V. B. Non prius in dulcem declinat membra quietem, Ae. 1
Ge. 3 Singula quàm longi repetauerit acta diei, V. B.
Ge. 3 Et tentat ſeſe num dicto, aut deniqꝫ vultu V. B.
Diſciplinarum amor. *V. B. Perſtrictus quiſquam, totus ſe explorat ad vnguem. V. B.*
Ge. 2 Nec minus interea naturæ accedere partes Ge. 2
Ae. 2 Incipit, & cauſas penitus tentare latentes; Ae. 3
Ge. 2 Quinetiam Cæli regionem omni arte magiſtra Ae. 8
Ae. 12 Veſtigat, Cælique vias; & ſidera monſtrat: Ge. 1
Ge. 3 Quinetiam certis dimenſum partibus Orbem Ge. 1
Ae. 4 Enumerare valet, Lunæ, Soliſque labores. Ae. 1
Ae. 12 Tum ſtudio ſurgens auidum caput altiùs effert, Ge. 3
Ec. 1 Et fontes ſacros, & ſancta Oracula diuûm Ae. 8
Sententiarū *Ae. 8 Lætus adit, magni memoranda inuenta Magiſtri, Ge. 4*
Gulielmi Durandi *Ge. 2 Multa virûm voluens Durandi dicta refellit, Ae. 4*
Ic: Capreoli. *Ec. 2 Capreoli huc illuc immenſa volumina verſat. Ae. 5*
Ae. 12 Ipſe ſuas artes, ſua munera lætus Aquinas Ae. 10
D. Thomas *Ae. 3 Quæcumque in folijs ſcripſit miracula rerum, Ge. 4*
Ae. 6 Egregio Iuueni præſtanti munere donat. Ae. 5
Studij præfectus. *Ge. 3 His animaduerſis (ſunt hic ſua præmia laudi) Ae. 1*
Ae. 5 Rector virtutem illius, verumque laborem Ae. 12
Ae. 8 Miratur, gaudet: cunctis ex more vocatis, Ae. 5
Doctoratus laurea exornatur. *Ae. 5 Tum plauſu, fremituque virûm Iuuenemque Magiſtrum Ae. 9*
Ae. 5 Declarat, viridique aduelat tempora ſerto. Ec. 6
Ae. 9 Nec longum in medio tempus pulcherrima Roma Ge. 2
Ae. 12 Hunc Iuuenem ſocium ſummis adiungere rebus Ae. 9
Ae. 6 (Vt primum agnouit virtutem, animoſque viriles) Ae. 3
Ae. 6 Haud mora feſtinat. Terrarum maximus Orbis Ge. 1
Vrbanus 8. R. Marinū à ſecretis S. Cōg. Indicis inſtituit *Ae. 6 Ecce Gubernator fama ſuper æthera notus, Ae. 1*
Ae. 5 Quem genuit felix, qualis Berecynthia mater, Ae. 6
Ae. 2 BARBARINA potens Itala virtute Propago, Ae. 12
Ec. 4 Clara deûm ſoboles, qua fortis Etruria creuit, Ge. 2
Ae. 7 INDICIS is Iuuenem ſocium, ſacraque Caterua Ae. 11
Ge. 4 In ſecreta ſenum ducit, qui pectore toto Ae. 9
Ae. 6 Contendunt, totum quò viribus occupet Orbem Ae. 7

In-

Ae. 1 *Intemerata fides, Romana potentia Cæli;* Ae. 8
Ge. 3 *Ergo omni cura vires exercet, & vltrò* Ae. 2
Ec. 4 *Delectus Iuuenis tantarum in munere laudum* Ae. 8
Ae. 4 *Incedit; patitur quemuis durare laborem,* Ae. 8
Ae. 12 *Impreſſa euoluens dextra monimenta virorum,* Ae. 3
Ae. 5 *Alta petens, pariterque oculis ſi nubila cernit,* Ae. 4
Ae. 1 *Collectasque fugat nubes, tenebrasque reſoluit.* Ae. 8
Ge. 1 *Romano fragrans clypeo, & cæleſtibus armis,* Ae. 12
Ae. 12 *Perque hoſtes, per tela ruit pro Numine læſo,* Ae. 2
Ge. 3 *Nec vanos horret ſtrepitus, illi ardua mens eſt.* Ae. 11
Ae. 3 *Aetnæos fratres ſpirantes faucibus ignes* Ae. 7 Hæreticos falſos fratres
Ae. 10 *Verbis verſa fuga victor dare terga coegit;* Ge. 4
Ge. 2 *Illum non populi faſces, non purpura flexit,* Ae. 4
Ge. 2 *Inſanumque forum: manet imperterritus ille* Ae. 10
Ae. 12 *Longè hoſtem magnum operiens, & mole ſua ſtat.* Ae. 10
Ae. 11 *Expediam paucis, nec longa exorſa tenebo.* Ge. 2
Ae. 6 *Regis Romani magno dilectus amore* Ae. 1 Pontificis:
Ae. 6 *Hic Vir, hic haud vnquam magnorum indignus Auorum* Ae. 12
Ae. 11 *Eſt hic, qui totum ſub leges mitteret Orbem.* Ae. 4
Ae. 4 *Regnator Cæli hunc patrum ex numero eligit omni* Ae. 7
Ae. 9 *Rectorem rerum magnum, primumque ſuorum,* Ae. 11
Ae. 4 *Et noſtræ Gentis, magnum quæ ſparſa per Orbem.* Ae. 1
Ae. 4 *Dixerat ille: patrum virtus coit omnis in vnum.* Ae. 10
Ae. 2 *Iamquè dies aderat, qua lumina morte reſignans* Ae. 4 Dies 4. Iunij in qua Sanctus Optatus Epiſcopus mortuus eſt.
Ec. 5 *Formoſi pecoris Cuſtos, pecoriſquè Magiſter,* Ec. 3
Ae. 8 *OPTATVS placida compoſtus pace quieſcens,* Ae. 1
Ae. 10 *Sideream in ſedem terris, Cælumquè volauit.* Ae. 4
Ge. 4 *Inter ſacra deûm, quæ Vrbi miranda videntur,* Ae. 1
Ae. 10 *Quin intrà portas, atquè alta mœnia Romæ,* Ae. 1
Ge. 3 *Eſt templum donis opulentum, & numine DIVAE* Ae. 1
Ae. 1 *(Cui Pater intacta Rex ætheris altus honorem* Ae. 12
Ge. 2 *Immenſum Cælo pro virginitate ſacrauit,* Ae. 12
Ae. 4 *Poſt ſenos cui noſtra dies altaria fumant)* Ec. 1 Dies Sabbati Beatæ Virgini ſacer.
Ae. 8 *Tectum auguſtum, ingens, æquataque machina Cælo,* Ae. 4
Ae. 1 *Artificumque manu, & multo ſpectata labore,* Ge. 1

Cui

Ae. 7 *Cui dedit & nomen operum haud ignara Minerua.* Ae. 5
Ae. 4 *Stant aræ circum, veterum decora alta parentum.* Ae. 2
Ae. 8 *Iamque ſacerdotes incenſa altaria circum,* Ae. 8
Ae. 7 *Paſtorum & numerus latè candore niuali* Ae. 3
Ae. 7 *Indutus veſtes oſtroquè, auroque rigentes,* Ae. 11
Ae. 7 *Tali intus Templo Diua armipotentis ad aram* Ae. 2
Ae. 3 *Solemneſque dapes, monimentum, & pignus amoris,* Ae. 5
Ae. 1 *Munera lætitiamque Dei, venerabile donum,* Ae. 6
Ae. 3 *Sanguinis, & ſacri in menſa libarat honorem.* Ae. 1

Vulgò Sacriſtia.

Ae. 8 *Exin ſe cuncti diuinis rebus ad ædem* Ae. 12
Ge. 4 *(Seruantem pallas ſignis, auroque rigentes,* Ae. 1
Ae. 5 *Cymbiaquè argento perfecta, & munera templi)* Ae. 4

Eminentiſſimus Caponius. Reuerêdiſſimus Candidus aſſiſtunt electioni Generalis. Orant Romani pro Generali eligendo.

Ae. 8 *Perfectis referunt: ſtrato diſcumbitur oſtro.* Ae. 1
Ae. 11 *Atque hic Legatus, miſſus iam à Rege Latino,* Ae. 7
Ge. 4 *Conſedit medius; pariter ſtat Candidus ipſe,* Ge. 3
Ae. 1 *(Intereà ad templum pueri, innuptæquè puellæ* Ae. 6
Ae. 4 *Incedunt omnes, matrum chorus omnibus aris* Ae. 8
Ae. 7 *Implorantquè deos, obteſtanturquè: Supremi* Ae. 11
Ae. 2 *Numina conclamant; ſimulacra orandaque Diuûm,* Ae. 2
Ae. 8 *Omnibus in templis redolent altaria tædis,* Ae. 4

Sanctimoniales.

Ae. 2 *Sacra in honore Dei mediam ſtat & HOSTIA ad aram.)* Ge. 3
Ae. 8 *Tum primi noſtrûm rebus iam ritè paratis,* Ae. 4

Proponitur S Euchariſtiæ Sacramentum.

Ae. 2 *Conticuère omnes, intentiquè ora tenentes,* Ae. 9
Ae. 2 *Hic primùm ex alto delubri robore ſecto* Ae. 6

Pater Io: Maria Caſtellus à Morbinio Orationem habet pro General eligendo.

Ae. 10 *In medio Frater, larga eſt cui copia fandi,* Ae. 11
Ge. 3 *Caſtella genitus prima, & de gente vetuſta;* Ae. 9
Ae. 12 *Suſpiciens Cælum, dextros ſuperoſque precatus,* Ae. 5
Ge. 4 *Orando dictis diuinum inſpirat amorem,* Ae. 8
Ae. 5 *Hortaturque viros, verbis compellat amicis,* Ae. 2
Ae. 5 *Ore fauere omnes, omnes vno ore Latini* Ae. 12

Pontificis

Ae. 7 *Certatim Regis votis, quem & ſæpè petiuit.* Ae. 12
Ae. 12 *Paſtorem primum, dulcem, optatumquè Parentem* Ae. 2
Ec. 3 *Dicere, quandoquidem multis è millibus Heros* Ae. 5
Ae. 12 *Ipſe eſt, quem meritis ſuſtentat fama trophæis.* Ae. 11
Ae. 12 *Dixit: opemque Dei non caſſa in vota petiuit.* Ae. 6

Ae. 2 *Aſſensère omnes, & quem Rex ipſe Latinus* Ae. 7
Ae. 11 *Optabat Patrem, ſumma dulcedine læti* Ge. 1
Ae. 2 *Amplexuque tenent, collo dant brachia circum,* Ae. 6
Ge. 3 *Quem legère Ducem, dixère & voce Magiſtrum.* Ec. 5
Ae. 7 *Diditur hoc ſubitò, rerum fama occupat aures,* Ae. 3
Ae. 2 *Vndiquè viſendi ſtudio Romana propago* Ae. 6
Ge. 4 *Cum clamore ruunt magnoquè ad templa Mineruæ,* Ae. 6
Ae. 9 *Lætitiaquè animos ad Cæli ſidera tollunt,* Ae. 11
Ec. 10 *(Omnia VINCENTI ſonuerunt omnia plauſu)* Ae. 5
Ec. 6 *Vtquè Viro longè maneat pars vltima vitæ* Ec. 4
Ae. 6 *Omnes cælicolas, & Numina ſancta precantur;* Ae. 3
Ae. 11 *(Monſtrat amor verus patriæ, & quæ debita Patri)* Ae. 11
Ae. 8 *Sol medium Cæli conſcenderat igneus axem,* Ge. 3
Ae. 5 *Conſtituitquè Pater, quoniam eſt oblita facultas,* Ge. 4
Ae. 6 *Ire ad conſpectum, Regiſquè ad tecta Latini,* Ae. 7
Ae. 10 *Pacem orare manu, illi humeros, ſubiectaquè colla,* Ae. 2
Ae. 7 *Omni ſub pedibus animi ſubmittere amore.* Ae. 4
Ae. 8 *Deuexo interea procedit veſper Olympo:* Ec. 6
Ae. 6 *Haud mora feſtinant noſtræ ſe iungere gentes,* Ae. 7
Ge. 4 *Magnanimi heroes; primæuo flore iuuentus;* Ae. 8
Ae. 8 *Præſtantes virtute viri, ſtudiiſque fauentes;* Ae. 5
Ae. 11 *Conuerſi, & multi, quos fama obſcura recondit:* Ae. 5
Ae. 9 *Hinc atque hinc omnes magna comitante cateruæ,* Ae. 5
Ae. 9 *Protinus incedunt omnes, nequè ab ordine cedunt* Ae. 3
Ae. 10 *Capto, nec longis inter ſe paſſibus abſunt.* Ae. 11
Ae. 1 *Deuenere locos, vbi nunc Rex ipſe Latinus* Ae. 12
Ae. 7 *INNOCVVS victorque viros ſupereminet omnes.* Ae. 6
Ae. 5 *Hi poſtquam ingreſſi, & coram data copia fandi,* Ae. 11
Ge. 4 *Paſtorem magnum iuſſi venerantur, & indè* Ae. 3
Ae. 3 *Vittis, & ſacra redimitum tempora mitra,* Ae. 9
Ae. 5 *Sublimem, pedibuſque tenent, atquè oſcula figunt:* Ae. 2
Ge. 1 *Cui genua amplectens effatur talia ſupplex* Ae. 10
Ge. 1 *Ipſe Pater (poſtquam comitum proceſſerat Ordo)* Ae. 11
Ge. 2 *Salue magne Parens, magnam cui mentem, animumquè* Ae. 6
Ae. 6 *Spiritus intus alit, Cæli de parte ſerena,* Ae. 9

Eligitur Reuerendiſſimus Martinus in Generalem. Romanorũ plauſus deſignato Generali Reuerendiſſimo Marino

Generalis.

Eodem die cũ fratres ad oſcula pedum Pontificis.

Innocẽtius X. Summus Pontifex.

Generalis Pontificem veneretur.

Ae. 6 *Miſſus in imperium magnum es; longæua Sacerdos* Ae. 6
Ae. 8 *Maxime, ter diuùmque, hominumque æterna poteſtas,* Ae. 10
Ae. 6 *Sæcla tibi, longos & circumflectere curſus,* Ae. 5
Ae. 9 *Concedat laude: ò tibi ſeruiat vltima Thule;* Ge. 1
Ae. 8 *Extremique hominum Morini, extremi Garamantes,* Ec. 8
Ae. 8 *Indomitique Daæ, Lybiæ, Nomadumque Tyranni,* Ae. 4
Ae. 12 *Parthus, Arabs, omnes vertentes terga Sabæi;* Ae. 8
Ae. 10 *Omnipotens habitet tecum, & ſit pectore in iſto,* Ae. 11
Ae. 6 *Vt regere imperio populos, Romanaque regna,* Ge. 3
Ae. 12 *Ac tuta poſſis Orbem componere terra.* Ae. 3
Ae. 5 *Quod ſupereſt oro, tu oculis, ac pectore toto* Ae. 1
Ae. 2 *Aſpice nos hoc tantùm, &, ſi pietate merentes,* Ae. 7
Ae. 2 *Et me, quem dudum, quæſitumque arte, Magiſtrum* Ge. 3
Ge. 4 *Fecerunt, facilis cuſtodi, & conſule longè.* Ae. 9
Pontifex. Ae. 2 *Talia perſtabat memorans: Pater ipſe Latinus* Ae. 7
Ae. 8 *Tum ſic pauca refert: vt te, clariſſime Frater,* Ae. 5
Ae. 8 *Accipio, agnoſcoque libens! timor omnis abeſto,* Ae. 11
Ae. 10 *Hac dabitur dextra, quod tota mente petiſti:* Ae. 4
Ae. 3 *Vade age, & ingentem factis fer ad æthera Romam.* Ge. 1
Ae. 6 *His demum exactis, perfecto munere, Fratres* Ge. 1
Ae. 2 *Quà greſſum extulerant repetunt, intrantque Mineruam.* Ae. 8
Ae. 4 *Nox erat, & placidum carpebant membra ſoporem,* Ae. 8
Reuerẽdiſſimus Generalis. Ae. 5 *Cum Pater, amiſſa placida per membra quiete,* Ae. 1
Ae. 3 *Vrgeri mole ingenti conſpexit apertè,* Ae. 12
Ae. 4 *Dicitur ante aram media inter numina DIVAM* Ae. 8
Generalis Marini preces ante altare S. Roſarij. Ec. 1 *(Cui roſa purpureo creſcit rubicunda colore,* Culic.
Ae. 4 *Cuiquè aram poſuit, vigilemquè ſacrauerat ignem)* Ae. 4
Ae. 12 *Nudato capite, & manibus oraſſe ſupinis:* Ae. 4
Culic. *Fœmineum incorrupta decus, lectiſſima Virgo* Ae. 11
Ge. 3 *Poſt partum: curam & ſupplex tua numina poſco;* Ae. 1
Ae. 10 *Cernis vt inſultent in me, excidiumquè meorum* Ae. 10
Ae. 1 *Horrendùm ſtridens immanis hiatibus Hydra,* Ae. 6
Ae. 6 *Gorgones, Harpyiæ, & variarum monſtra ferarum:* Ae. 6
Diaboli. Ge. 3 *Luciferi grauis ira, & inexaturabile pectus,* Ae. 5
Ae. 2 *Quem nec longa dies, pietas nec mitigat vlla,* Ae. 5

Con-

Ae. 8 *Contra me dirumquè nefas in pectore verſat;* Ae. 4

Ae. 10 *Solus ego talin' poſſum me opponere monſtro?* Ae. 12

Ae. 5 *Ipſe gubernacli Rector, puppiſquè Magiſter,* Ae. 1

Ec. 3 *Eſt mihi per breuia, & Syrtes (miſerabile viſu)* Ae. 1

Ge. 3 *Saxa per & ſcopulos, vaſtum maris æquor arandum* Ae. 2

Ae. 6 *Inſuetum per iter: Cælo venit agmen aquarum,* Ge. 1

Ae. 1 *Ac fœdam glomerat tempeſtatem imbribus atris;* Ae. 1

Ae. 5 *Conſurgunt venti, voluunt ad littora fluctus;* Ae. 1

Ae. 4 *Quaſſantur ſinè more rates, tonitruquè tremiſcunt* Ae. 5

Ae. 5 *Ardua terrarum, Cælum tonat omne fragore,* Ae. 9

Ae. 5 *Noctem, hyememquè ferens, crebris micat ignibus æther,* Ae. 1

Ae. 4 *Inſtantemquè viris intentant omnia mortem.* Ae. 1

Ae. 7 *Nunc mihi da propriam, Virgo, ſperare ſalutem,* Ae. 1

Ec. 5 *Tu, quæ circumſtent me deinde pericula cernis,* Ae. 4

Ae. 8 *Alma rogo Genitrix, mecum partire laborem,* Ae. 11

Ae. 5 *(Si conceſſa peto) pelago da vela patenti,* Ge. 2

Ae. 1 *Et vaſtas aperi Syrtes, tumida æquora placa,* Ae. 1

Ae. 6 *O Virgo, Cælum, tempeſtateſquè ſerena:* Ae. 1

Ae. 3 *Concreſcant optatæ auræ cum Flamine primo,* Ae. 10

Ae. 5 *Aequatæ ſpirent, portuſquè intrare licebit.* Ae. 3

Ae. 2 *Hæc fatus, dulci declinans lumina ſomno,* Ae. 4

Ae. 2 *In ſomnis ecce ante oculos ſibi viſa repentè* Ae. 8

Ae. 9 *Ipſa Dei Genitrix curas his demere dictis:* Ae. 2

Ae. 1 *Parce metu (neque enim ignaræ ſumus ante malorum)* Ae. 1

Ae. 6 *O Nate, & tacitum pertentent gaudia pectus,* Ae. 1

Ae. 5 *Tutus, quos optas, portus intrabis amicos,* Ae. 5

Ae. 1 *Solue metus, nam quæ cinxerunt æthera nimbi,* Ae. 5

Ae. 5 *Tempeſtas ſinè more furens, nimboſus Orion,* Ae. 1

Ae. 5 *Horridus imber aqua, denſiſque nigerrimus Auſtris,* Ae. 5

Ge. 1 *Collecta & nubes decedent agmine magno,* Ge. 1

Ae. 8 *Cernentur cuncta & Cælo conſtare ſereno:* Ae. 3

Ec. 3 *Et ſi multa mari nautæ patiuntur in alto,* Ae. 7

Ae. 5 *Seu errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti,* Ae. 7

Ae. 7 *Cæleſtûm vis magna iubet, datur hora quieti.* Ae. 5

Ae. 10 *O paſſi grauiora, dabit Deus his quoque metam.* Ae. 5

	Ae. 1	*Vos & Scyllaam rabiem, penituſquè minaces* -	*Ge.* 1
	Ae. 1	*Acceſtis ſcopulos, vos & ſaxa illa Charybdis*	*Ae.* 3
	Ae. 1	*Experti, reuocate animos, atrumquè timorem.*	*Ae.* 9
	Ae. 11	*Ponite; forſan & hęc olim meminiſſe iuuabit:*	*Ae.* 1
	Ae. 1	*Durate, & voſmet rebus ſeruate ſerenis.*	*Ae.* 5
	Ae. 6	*Sed tu age carpe viam, & ſuſceptum perfice munus,*	*Ae.* 6
	Ae. 3	*Quod tibi delatum eſt monitu, imperioquè deorum.*	*Ae.* 4
	Ae. 1	*Quò facere id poſſis noſtram nunc accipe vocem,*	*Ae.* 6
	Ae. 6	*Hæ tibi erunt artes, patribus dare iura vocatis;*	*Ae.* 5
	Ae. 1	*Iuſtitiaquè viris, & pacis dicere leges,*	*Ae.* 12
	Ae. 2	*Auxilioquè leuare viros, quos triſtis Erynnis*	*Ae.* 2
	Ae. 2	*Preſſit humi, aſt ardens euexit ad æthera virtus;*	*Ae.* 6
	Ae. 11	*Pectora mœrentum ſolando auertere curas,*	*Ae.* 4
	Ae. 6	*Parcere ſubiectis, & debellare feroces.*	*Ge.* 3
	Ae. 3	*Vnum illud tibi, Nate animo gratiſſime noſtro,*	*Ae.* 12
	Ge. 4	*Expediam, repetens iterumquè, iterumque monebo:*	*Ae.* 3
Si fortuna iuuat, caueto tolli.	*Ae.* 9	*Fortunæ Zephyros audis ſpirare ſecundos,*	*Ae.* 4
	Ge. 4	*Mulcentem ad Zephyrum paleæ iactentur inanes;*	*Ge.* 3
Si fortuna tonat, caueto mergi	*Ae.* 8	*Sin aliquem infandum caſum fortuna minatur,*	*Ae.* 2
	Ec. 1	*O nè cede malis, ſed contrà audentior ito:*	*Ae.* 6
	Ae. 12	*Diſce omnes, veluti magno cum robore quercus,*	*Ae.* 4
	Ae. 7	*Vt pelagi rupes, magnos contemnere ventos:*	*Ae.* 3
	Ec. 2	*Prætereà nec te vllius violentia vincat;*	*Ae.* 11
	Ae. 5	*Ipſa ego, quam iuris materni cura remordet,*	*Ae.* 7
	Ae. 6	*Do dextram, tecum pro te tua munera obibo,*	*Ae.* 5
	Ae. 3	*Ipſa ſubibo humeris, nec me labor iſte grauabit,*	*Ae.* 2
	Ae. 2	*Nuſquam abero, & tutum, duros poſt mille labores,*	*Ae.* 8
	Ae. 9	*Spondeo digna tuis ingentibus omnia factis,*	*Ae.* 10
	Ae. 6	*Æternumquè locum Cæli in regione ſerena.*	*Ae.* 8
	Ae. 11	*Auditis ille his, ſumma dulcedine lætus*	*Ge.* 4
	Ae. 2	*Excutitur ſomno, & tendens ad ſidera palmas*	*Ae.* 1
Mariã Virginem Maris Stellam	*Ae.* 2	*Perſoluit grates, & ſanctum Sidus adorat*	*Ae.* 2
	Ae. 4	*Oceani, iuxtà meritoſquè nouauit honores.*	*Ae.* 8
	Ae. 9	*Hic & narrauit Diuæ promiſſa Parentis*	*Ae.* 8
Generalem Marinorum	*Ae.* 2	*Ergo age, care Pater, ceruici impone laborem,*	*Ae.* 10

Ma-

Ae. 1 *Matre Dei monſtrante viam MARIA, omnia Cælo* Ae. 5 alloquitur Auctor.
Ae. 1 *Tradet namque tibi diuûm Pater, atque hominum Rex.* Ae. 2
Ae. 8 *Ergo iter inceptum celera, nunc te ipſa vocat res:* Ae. 9
Ec. 4 *Aggredere ò magnos (iam tempus poſcit) honores;* Ae. 11
Ec. 5 *Sis bonus ò, felixque tuis; ſuper omnia dona* Ae. 9
Ae. 7 *In cunctos animum accipias, mentemque benignam,* Ae. 1
Ge. 2 *Atque tuis prohibe infandos à nauibus ignes.* Ae. 1
Ge. 4 *Namque & honos, nomenque tuum, laudesque manebunt,* Ec. 5
Ae. 5 *In mare dum fluuij current, dum montibus vmbræ* Ae. 1
Ae. 1 *Luſtrabunt conuexa, polus dum ſidera habebit.* Ec. 1
Ae. 9 *At tu, magne Pater, diuini gloria Iuris,* Ge. 1 Eminentiſſimũ Caponium alloquitur Auctor.
Ae. 8 *Salue, vera Iouis proles, decus addite ſacræ* Ae. 6
Ae. 6 *Purpureaque ſuper veſti, fuluoque Galero;* Ae. 7
Ae. 11 *Præſidium Auſoniæ, genus alto à ſanguine diuûm,* Ae. 5
Ae. 11 *Cuius ob auſpicium fauſtum ſe ad ſidera tollit* Ae. 2
Ae. 1 *Vrbs bello præclara, iugis quæ inſedit Etruſcis,* Ae. 8
Ae. 11 *Etruſcique Ducis foribus domus alta ſuperbis.* Ge. 2
Ec. 8 *A te principium, tibi deſinet: accipe ſecta* Ae. 4
Ge. 4 *Hæc quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper,* Ec. 9
Ge. 1 *Exactè ad Menſem; cui nunc cognomen Iulo* Ae. 1
Ae. 7 *Munera nec ſpernas, atque hanc ſine tempora circum* Ec. 8
Ae. 4 *Intra victrices hederam tibi ſerpere lauros,* Ec. 8
Ae. 8 *Proſpiciens oculis animoſum pectus honeſti* Ge. 3
Ge. 3 *SPADI, qui ſacra redimitus tempora lauro* Ae. 3
Ae. 8 *Optat id eſſe ſui monimentum, & pignus amoris;* Ae. 5
Ec. 4 *Te Duce, ſi aſpirat primo fortuna labori,* Ae. 2
Ge. 1 *Nequicquam patriam remeabo inglorius vrbem,* Ae. 11
Ae. 4 *Et potero afflictis meliùs confidere rebus.* Ae. 1
Ge. 4 *Seruet te interea Rex omnipotentis Olympi,* Ae. 12
Ae. 1 *Vt cum te gremio accipiet lætiſſima Roma* Ae. 6
Ae. 8 *(Haud incerta cano) & Capitoli immobile ſaxum* Ae. 9
Ae. 9 *Accolet, imperiumque Pater Romanus habebis,* Ae. 5
Ge. 2 *Sacra Dei voluens durando ſæcula vincas,* Ge. 3
Ae. 3 *Placatumque regas patrijs virtutibus Orbem.* Ec. 4

F I N I S.

Eiuſdem Auctoris
De obitu Reuerendiſſimi Patris
THOMÆ TVRCI
Magiſtri Generalis Ord. Præd.
CHRONODISTICHA.

I.

qVa In LVCe It CeLebrIs VIrgo bIbIana beata;
toLLItVr à Morbo tVrCVs In Vrbe trVCI.

II.

qVI DonIs fVIt egregIIs ornatVs In orbe;
heV tVrCVs perIIt, MagnVs In Vrbe pater!

III.

qVI fVIt In terrIs VIrtVte InsIgnIs; In aſtra
tenDIt Iter MerItIs tVrCVs ab orbe graVIs.

De obitu eiuſdem
CHRONOLOGIÆ.

I.

thoMas tVrCVS
In anno à partV DIVæ VIrgInIs
VIVIs erIpItVr.

II.

thoMas tVrCVs
à ſeXto hoC præfeCtVræ sVæ anno,
VInCVLIs CarnIs LIberatVr.

III.

thoMas tVrCVs,
Verè DIVInæ ſapIentIæ Vas,
è VIta eXIt In fIne annI.

De Reuerendiſſimo P. Magiſtro Generali
F. IO. BAPTISTA DE MARINIS
ANAGRAMMA.

Pater Ioannes Baptiſta de Marinis Magiſter Ordinis Præd.
Is ſanè potens, re enim dabit poſteris mira ad grandia, et pia.

IVſſu Reuerendiſſimi Patris Io: Baptiſtæ Marini Magiſtri Generalis noſtri Ord. Prædicatorum, legi, & perlegi Idyllium ſubiectum; opus ab acri, & feraci ingenio A. R. P. Io: Baptiſtæ Spadij eiuſdem Ordinis Magiſtri, mira facilitate ex hemiſtichijs Virgilianis concinnatum; ter magnum Opus, ſi cui, de quo, & à quo ſcriptum ſit, habeatur ratio: ex vetere materia recens ædificium, in quo Auctor diſſectum Virgilium nobis integrum, & viuum reſtituit, & ſecato antiquo, nouo corpore coagmentato, à fabulis ad veritatem, atquè adeò à Gentilitate ad Catholicam Religionem traducit. Dignum igitur, vt gloriæ, & immortalitati ſacretur, ita cenſeo ex Conuentu ſanctæ Sabinæ de Vrbe 1. Auguſti 1650.

Ego F. Io: Maria Caſtellus à Morbinio Magiſter Ordinis Prædicatorum.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſs. D. S.P.A. Mag.

Aſcanius Riualdus Viceſg.

Imprimatur.

F. Vincentius Fanus Magiſter, & ſocius Reuerendiſs. P. Mag. Sac. Pal. Apoſt.

1023. 17
Z
9956394

ML